

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON, ||
GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

IOACHIMVS CAMERARIVS PABERGENSIS GEORGIO FABRICIO CHEMNICENSI S. D.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

IOACHIMVS
CAMERARIVS PA-
BERGENSIS GEORGIO
FABRICIO CHEMNII
CENSI

S. D.



QVID TIBI FOR-
tes videmur Fabrici, qui
in his turbis & inter stre-
pitus armorum, & bello-
rum tumultus, aliquid
Musici operis elaborare
non dubitemus? Nam præclare & hoc fe-
cit Maro, quem curauimus edi hoc tem-
pore, ita dissipari studia Musica telis Mar-
tij, vt Chaonias aquila veniente colum-
bas. Sit hæc sanè fortitudo. Quid? quod
alijs multis negocijs occupamur, in spe &
stabiliendi apud nos & prouehendi opt.
artium atque disciplinarum culturam?
Quasi ociù nobis ad has exercendas post-
hac aliquod, & harum nonnullus vsus fu-
turus esse videatur. An non videtur, in-
quis, & nihil ne bonæ spei reliquum tibi
est de studijs nostris? Dicam pfectò tibi.
Non possum non sperare & salutem & di-
gnitatem aliquā hæc retinere posse, miri-

A 2 ficè

ficè enim cupio. Atq; sunt sanè permulta, quæ hanc spem debilitent, sed nos tamen illam fouemus, metuentes quidem pessima, sed nihilominus sperantes optima. Sic enim Sophocles faciendum censet, cum inquit:

Ταχέειν μὲν ἔργα δεῖν ἀναγκάως ἔχει,
πλὴν δ' ἐλπίδι ἔχει τῆς τύχης κρῖναι πάρος.

Quare & nos expectamus euentum, neq; timore vel etiam desperatione anticipamus tristitiam huius. Atque nostro fungimur munere sedulo, & quasi diurnum pensum absoluimus. Quid autem faceremus aliud? Hoc est enim opificium nostrum *ἐν μέσῃς αἰεῖ*. Vt igitur quisq; suam facit artem, ita & nos nostram, quam diu conceditur, *καθ' ἡμέραν βίον λογίζομενοι*, vt ait Euripides, *ἡμέτερον* in terris. Quod vltcrius enim hic est, *ἀφανὲς ἢ ἀεσθήσεται*. Quid verò ego dico de me? Cum tu non modò docendo, sed scribendo etiam, omnium nostrum industriam vincas, nullum intermittens tempus, quo non aliquid operæ operi Musico impendas. Vidi enim nuper, cum Mithram ad vos venissem, egregia opera tua partim incoata, partim etiam perfecta, cum laboribus scholasticis interea ita vacares, vt præ his alijs curis intendere animum te posse penè incredibile

bile videretur. Quid igitur de mea ego fortitudine ad te? Qui profecto facio, ut strenuiori tibi hæc narrans, ex ore meo reddam sordida, secundum Plautum: Et si in me est potius hæc desperationis ἀνάλγητος, quā fortitudo. Nihil enim ratio mihi quidem subijcit, cur nostra his temporibus studia colere atq; exercere rectum laudabileque esse videatur. At qui placet, ut nosti, veteribus sapientib. virtutis laudem actionibus deberi manantibus de consilij & causarum veritate. At mihi maxime nunc causa videtur esse, ut quiduis potius agamus, quā incumbamus literis, his quidem, quibus neq; nunc quicquam despectius, neque in posterum vlla bona spes proposita sit. Quæsti sæpe alij fuerunt, & inter eos ego quoq; ingratum esse seculum nostrum, quod non meminisset, quātas tenebras ignorantia, & barbaria labes, depulisset atq; deterfisset copia hæc bonarum artium. Sed & ista, ut apparet, fuerunt præfagia modò eorum malorum, quæ nunc ante oculos nobis versantur, extremæ cladis & interitus omnis doctrinæ & eruditionis. Nam nisi propitius Deus fuerit sese exorari precibus ætatis teneræ & sexus infirmi: quid expectandum vel etiam sufferendum sit, hor-

ret quidem animus cogitare, nedum lingua eloqui velit. Nam profectò in foribus sunt *καλὸν ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματα*, secundum Sophoclem, quod si vel plures hæc malè excitarunt atq; commouerunt, vel ut ille ait apud Euripidem, *εἰς εἰδ' ἀπάντων τῶνδε μηχανήσῃς*, nihil aliud precor, quàm Deus ut suos tueatur atq; protegat, qui sunt profectò amantes & cupidi veritatis, & mendacia pessimè oderunt, utque retundat atq; confutet vim Martiam sæuientem iam in Germania, & grassantem in communitates pias ac placidas, & studiorum quietis cultrices. Nam ab humana ego quidem ope desperavi, & oculis in cælum sublati, inde auxilium expecto: Auxilium, inquam, ab æterno & omnipotente Deo, creatore cæli & terræ, & omnium quæ his continentur. Hæc, quia in mentem mihi venerant, cùm huic epistolæ ad te, ut vides, inferuissem, perscripta delere nolui, quanquam ab alijs in aliam partem accipi posse animaduverterem. Sed mihi & veniam datum iri cōfido, si etiam immodico dolore me rangi in his tantis patriæ & studiorum communium periculis ingenuè confitear, & sunt hæc, quæ commemorauimus, eiusmodi, ut eadem in animo versari bonis, pijsque omnibus

non dubitem. Aut si quis non tangitur sensu calamitatum præsentium, neq; horret ad cogitationem secuturarum, nisi Deus misertus nostri auerterit, is est profecto *πέραις ὑποκρίν' ἀρεῶν*, vt ait Theocritus. Cum verò inter alios libros tuos, quos vndique exquisito iudicio & singulari attentione, neque labori, neque impensis parcens collegisti, reperissem tum manuscripta Virgilij tria, quorum sine dubio ille autor est, opera, Bucolicum, Georgicum, & Aeneida, quòd illa apud nos eo tempore exprimerentur, petijmus à te, & facillè impetrauimus copiam libri istius. Cum quo statim reuersi Lipsiam, curauimus alia exempla conferri, & plurimis in locis ea animaduertimus in hoc legi, quæ annotatione dignissima essent, quorum quædam, vt gratificaremur studiosis huius Poëtæ, descripta ad finem adijci iussimus. Cum autem & alia opera ascribantur Virgilio, falsum quidem pleraque, quod ad ludorum puerilium vsum hanc editionem apparare voluissemus, retinuimus horum quædam, futura non indigna lectione, neq; inutilia studijs puerorum. Alia sine dubitatione refecimus, quæ teneræ ætati non modò nō explicari, sed ne proponi quidem oportet.

EPISTOLA

ret. Verum de his quasi censuram quandam ascribi post hanc epistolam ad te nostram curauimus, Mariangeli Accursij, veterum librorum valde, ut apparet, studiosi, quæ extat, ut scis, in castigationibus illius Ausonianis. Placuit etiam adijcere, nuper cum maxima voluptate animi nostri inuentam Græcam Eclogam Virgilij quartam, profecto eleganter & eruditè conuersam, quam, ut tibi diximus, reperimus in Græco codice historiae Ecclesiasticae Eusebiana. Quod autem attinet ad annotatiunculas quæ sunt additæ, dedit quidem in his conscribendis diligentem nobis atque sedulam operam Philippus Becchius, iuuenis admodum studiosus bonarum artium: Sed vides initia conatu. Quos utinam tibi perficere, vel potius tuis explicationibus commutare libeat. Valde enim optarim breues, & ut ita dicam, pueriles, hoc est, maxime fructuosas studio puerili præcipuarum rerum indicationes, & locorum explicationes ad hunc autorem adiungi. Quod à nemine melius neque rectius, quam à te fieri posse certò scio. Mitto igitur ad te & tuam scholam, hanc nostram editionis Virgilianæ opellam: Teque mirifice oro, ut retextam aliquando ad nos remittas, ut denuò de tuo iudicio edantur, & auctiora atque

ra atq; pleniora, perfectioraq; ac præclariora omnia in manus discipulorum bonarum literarum perueniant. Hoc te, quæ voluntate erga studia nostra, & cupiditate operâ in re literaria aliquam nauandi, etiam mea causa, quem diligere te non dubito, libenter & studiosè facturum esse confido. Virgilianorum quidem operum lectio quantum ad omnem doctrinâ momenti habeat, quid ego dicam? Et erat tamen fortasse dicendû aliquid, quod legerent pueri, in quorum manus hi libelli peruenissent. Mihi enim non est dubium, quin huius autoris scripta in eo numero apud Latinos collocari debeant, in quo sunt apud Græcos Homeri. Cuius excellentiam attingi, nedum superari potuisse aut posse, vt nefas dictû esse iudico, ita æmulandi præclariss. cõtentionē & pulcherrimum studiû in Virgilio cernimus. Neq; dubium mihi est, hunc quoq; autorem ad spem eruditionis & cultum literarum in terris diuina benignitate conseruatû. Sed de hoc cum ista exprimerentur, ostensum mihi fuit iudicium tuum & demonstrata sententia, explicata perelegantib. versibus, quos fretus amicitia nostra, cum mirificè probarem, te etiam inconsulto adiungere ad editionem, nostram ausi fuimus. Teq;

A 5 oro,

oro, vt hoc factum beneuolentiæ & studij nostri boni consulas, aut tibi saltem non patiaris displicere, id q̄ te facturum, quæ est humanitas tua, non dubito. Cum autē hæc sit tanta, & vt aiunt, tam diuina bonitas & virtus operū huius Poëtæ, quin tamen & pueris, ijsq; elementarijs & balbutientibus adhuc in literis, proponi ad legendum & ediscendum debeant, veteres etiam, interq̄ue hos Fabius, docuerunt. Cur enim non statim ad conspectum & copiam optimorum illa adducatur, quorum animus veritate doctrinæ imbui, quàm labeculis quibusdam & maculis, quæ postea magno cum labore eluendæ sint, infici malumus. Ordiantur igitur nostri pueri lectionem potius de Virgilio & Homero suam, quàm de nescio quorum obscurorum, aut infimæ classis aliorum scriptis. Sed & de his nunc satis, vel potius nimium. Te opto quàm felicissimo successu hanc fidem, diligentiam, operam impendere institutioni puerili, & tuos conatus præclarissimos commendo Christo. Qui, si excitauit, vt mihi persuadeo, seruitura æternæ veritati & gloriæ ipsius ac ppagationi Euangelij, hæc studia, ipse etiam contra omnium vim & impetum defendet atq; tuebitur, & conseruabit.

Occo-

Oeconomum vestrum & tuos collegas,
viros optimos & doctissimos Matthiam,
Hiobum & Laurentium, à me officiose
salutes velim. Vale festinanter V.II. Ca-
lendas Octobris.

MARIANGELVS ACCVRSIVS.

EST operaprecium nunc edere, qui Ausonij
Poëta factus, Maronis titulum mentiti, pa-
rentem suum tot antea seculis ignorarint. Par est
enim, ut qui suppositicia non perinde excluseri-
mus ut expellerentur, quam ut dominis velut
fugitiua mancipia remitterentur, etiam deperdi-
ta diu³ errantia, suis agnitis, recipienda redi-
mendaq³ vicissim ostendamus. Pleraque igitur o-
puscula, quæ Virgilio, conspiratione omnium ascri-
buntur, epigramma videlicet de Aetatibus anima-
lium, Vir bonus, Est & non, cui Græca etiam in-
scriptio, Νεὶ γὰρ ἰ ποδα γοητόν, Ausonij lusus esse,
non Virgilij, fragmenta quedam Longobardorum
quandoque characteribus fidem faciunt. Quorum
inspiciendi, sed & inuulgandi, publicandiq³ mihi
facultatem fecit Hieronymus idem Aleander. Non
sum autem nescius, quam frequenter fluxa fragilisq³
vetustiorum quoque codicum sit autoritas, quam-
que circumspectum, antequam licere quisquam
sibi